BERNARDUS CLARAEVALLENSIS
Österreich, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 80r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26134
Copyright: Admont, Benediktinerstift



summo saltim quasi cuspide huius gladii pungi intendum me sensero.
ut uel modico accepto amoris uulnere dicat et iam anima mea. Uulnera-
ta caritate ego sum. Quis mihi tribuat in hoc modum non modo uulnerari.
sed et expugnare omnino usque ad exterminationem coloris et caloris illius
qui militat adversus animam. Si exprobrauerint filie huius seculi illi animę
que huiusmodi est dicentes: pallida et sine colore esse. nonne tibi congrue pos
se respondere uidebitur. nolite considerare quod fusca sim. quia decolo
rauit me sol. et si se ad hoc meminit peruenisse adhortationibus seu
increpationibus aliquorum seruorum dei. emulantium eam dei emulatione. nonne
consequenter ueracitur inferre potest. quia filii matris meę pugnauerunt contra me.
Erit igitur sensus iuxta quod dictum est. ut ecclesia seu studiosa quęuis anima id
loquatur. non quasi gemens et conquerens. sed quasi gaudens et gratias agens.
insuper et glorians quod pro nomine et amore xpi digna sit fusca seu deco
lor esse et dici. atque hoc ipsum asscribat non sue industrie. sed gratię et mię
preuenientis se et mittentis ad se. Nam quando crederet sine predicante.
Quomodo autem predicarent nisi mitterentur. Filios matris suę contra se pugnas
se memorat. non ut irata sed non ingrata. Unde et sequitur. Posuerunt
me custodem in uineis. Quod uerbum utique si spiritualiter examinetur. puto nil
in se querimonię aut rancoris habere uidebitur. sed magis fauorabi
le aliquid redolere. Verum ad id contingendum prius sane quam manum
apponere audeamus. locus enim sanctus est conciliandus est nobis solitis precibus
et sic consultandus ille spiritus qui scrutatur alta dei. aut certe unige
nitus qui est in sinu patris sponsus ecclesię ihesus xpus dominus noster qui
est benedictus in secula amen.

XXXI

Posuerunt me custodem in uineis. Quid. Tui ne
illi obpugnatores. quos proxime memorasti. Audite et
intelligite si non se ab illis ipsis faciet ista promotam. a quibus
et passam. Nec mirum tamen si quidem fuerit causa inpug
nandi intentio. Nam quis nesciat multos amicabiliter utiliterque mul
tociens obpugnatos. Quam multos cottidie experimur piis inpugnati
onibus prelatorum ad meliora proficere. prouehi ad altiora. Ergo illud potius